

do&i prout refert Doctor Xuarez.3.p. dispu-  
tatione 72. Sec. 2. pag. 1059. col. 2. in fine do-  
cent Eucharistie administrationem Sacerdoti  
nō posse committi, nisi ab Episcopo illum ex-  
ponente [iuxta formam Concilij Tridentini,  
que seruatur in instituendis Confessarijs] ac  
ipse Doctor Xuarez contrarium existimat: nā  
licet Concilium non concedat iurisdi&io-  
nē ad administrandum Sacramentum Peniten-  
tię nisi Sacerdoti ab Episcopo exposito: non  
ramen negat ipsam Sacerdotibus simplicibus  
respectu Sacramenti Eucharistie habentibus  
ad id licentiam à Sede Apostolica, aut à Paro-  
cho. Quidq; multo maior scientia & pru-  
dentia, alieq; qualitates requiruntur in Mini-  
stro Confessario, quam in Ministro Sacra-  
menti Eucharistie, ut est manifestum. Quia ille  
est iudex, & medicus spiritualis: hic autem  
nihil aliud prestat quam consecratum Sacra-  
mentum ad usum applicare, & ei distribuere,  
quem supponit à proprio pastore, esse appro-  
batum, cum ab illo habeat dandi facultatem.  
Neq; etiam aufert à Parocho licentiam, vt  
possit licentiare quemcunq; Sacerdotem secu-  
larem, non impedire ad hoc munus peragen-  
dum. In eadem sententia est Pater Emmanuel. I.